

me prouectatur: cuꝫ bestijs atqꝫ iumentis corpoꝝ vna cõ  
ditio. Idem cõcubitus: similiter homines ⁊ iumenta in fa  
uillam ⁊ cineres dissoluuntur. Ideo pulchre ait **Nactãtis**  
**us:** Quicũqꝫ rationẽ hominis abiecerit: ac p̃fẽtia securus  
hominũ seipse prostrauerit: tãqꝫ desertoꝝ dei ⁊ impera  
toꝝis: ⁊ patris sui punietur. Hos ergo viros huiusmodi  
qui in hac tanta carnis fece ⁊ infidelitate viuere volunt:  
non ad sanctissimum hoc martyriũ inuitamus. Illos deus vo  
cat qui in chꝛisto spem ponere cupiũt: optãt voluptuose  
**Esaiam** dicẽtẽ: Qui sperant in domino: habebunt fortitu  
dinem: assument pennas vt aquile: volabunt ⁊ non desi  
cient. Dicentqꝫ cum sapientia: turris fortitudinis nomen  
dñi. Quis vnqꝫ sperauit in eo ⁊ confusus est?

**Quot sunt genera martyrij. Ca. iij.**

**M**artyrij genera seu species plures a doctoribꝫ  
numerantur. Ut ⁊ martyr ille dici possit qui in  
rerũ habundantia seu vbertate constitutus: p̃ci  
tatem ac debitam abstinẽtiã seruat. Cuiusmo  
di fuit **Dauid:** fuit **Abraam:** ⁊ patriarchaz plures: qui cõ  
diuicijs plurimis habundarent: ita parce vixerunt: qꝫ ho  
mines iusti et f̃m cor omnipotentis dei reperti sint. Et  
inter christianos principes multi. Ut magnus **constanti  
nus.** **Theodosius maior** ⁊ **iunior.** **Lodouicus rex frãcie.**  
**Stephanus rex vngarie:** vt nũc prouincie dicuntur: et ali  
plures: quos vere iustos dixit ecclesia. Dicũt etiã ⁊ mar  
tyriũ esse pauperis illius qui pro dei honore suam largiẽ  
paupertatẽ: vt **Tobias** fuit: ⁊ vidua illa que duo era  
sit in gazophylatiũ. Cuius generis inter christianos innu  
meri sũt reperi. Addũt ⁊ aliud martyrij genus: castitatẽ in  
iuuẽtute: vt **Ioseph** fortis ⁊ sancte in egypto fuauit. Quis  
nemo p̃fecti x̃po ⁊ sua m̃fe adimpleuit: sequacesqꝫ illi<sup>o</sup> fue  
rũt inumeri vt **Iohes euãgelista.** **Stephanus p̃mo martyr.**  
**Turbe monachozũ** que in hoc agnũ mirabilẽ sunt secu  
te. **Virginũ seminarũ exercitus** innumerabiles: que chꝛi

**Esaias.**

**Dauid.**  
**Abraam.**

**Constantin<sup>o</sup>.**  
**Theodosi<sup>o</sup>.**  
**Lodouic<sup>o</sup>.**  
**Stefanus.**  
ii

**Tobias.**  
**Vidua duo**  
**era.**  
iii  
**Ioseph.**  
**Christus.**  
**Marta.**  
**Iohãnes euã.**  
**Stefanus.**

iiii **sti ecclesiam mirabilib<sup>9</sup> ornamētis decorāt. Est et aliis mar**  
**Gregori<sup>9</sup>.** tyrij genus: vt dicit **Gregori<sup>9</sup>.** In aduersis verā patienti  
 am custodire. **Ait em̄ sine ferro martyres esse possum<sup>9</sup>: si**  
 v patientiā in animo veraciter custodimus. **Addit et cōpa**  
 ti afflictis martyrij speciē eē. **Nā subdit: Qui dolorē ex**  
 vi **hibet in aliena necessitate: crucē portat in mēte. Itēz ali**  
 am psequit speciē: dicēs: **Ferre cōtumelias/odientē dili**  
 gere/martyriū est i occulta cogitatiōe. **Que omnia vt p<sup>9</sup>**  
**Cyprian<sup>9</sup>.** dixim<sup>9</sup> martyrij genera mirabiliter colligēs paucis in ver  
 bis explicauit **Cyprian<sup>9</sup>:** ait em̄ in fmone de zelo et liuo  
 re: **Non em̄ christiani nominis corona vna est que tēpo**  
 re psecutionis accipit: **habet et par coronas suas: quibus**  
 de varia et multiplici cōgressiōe victores pstrato et sub  
 i acto aduersario coronamur. **Libidinē subegisse cōtinen**  
 tiē palma est. **Cōtra iram: cōtra iniuriā repugnasse patiē**  
 tiē corona est. **De auaritia triumph<sup>9</sup> est. Pecuniā sperne**  
 iii **re laus ē fidei. Fiducia futuroz mūdi aduersa tollerare.**  
 v **Et qui supbus in p̄speris nō est: gloriā de humilitate cō**  
 vi **sequitur. Et qui ad paupez fouendoz misericordiā pnus**  
 vii **est: retributionē thesauri celestis adipiscit. Et qui zelare**  
 viii **nō nouit: quiqz vnanimis et mitis fratres suos diligit: dile**  
 ctionis et pacis premio honoratur. **In hoc virtutū stadio**  
 quotidie currimus: **ad has iusticie palmas et coronas si**  
 ne intermissione t̄pis peruenim<sup>9</sup>: **hec ille. Ad que vt nos**  
**excitet Chrysofostimus exclamat dicēs: Tu christiane deli**  
**cat<sup>9</sup> es miles: putas te posse vincere sine pugna? sine cer**  
**Chrysofost.** tamine triūphare? **Exercez vires: fortitudie dimica. At**  
 trociter in p̄helo isto cōcerta. **Cōsidera pactū: conditio**  
 nem artēde. **Militiā nosce: pactū quē spopōdisti. Condi**  
 tionē quā accessisti: **militiā cui nomē dedisti: hoc em̄ pa**  
 cto cūcti pūgnarūt: **hac cōditiōe vniuersi vicerunt: hac**  
 militia triūpharūt. **Ultimū ac omniū p̄fecti<sup>9</sup> martyrij ge**  
 nus est: **quā quis sanguinē et vitā suā p̄ Iesu christi nomē**  
 et glora exponit. **Quod tante apud ecclesiam et s̄ctos ef**  
 ficacie habitū est: vt dicat **Augustinus de trinitate: libro**

libro xij. Quicūq; nō pcepto regeneratiōis lauacro pro  
pfeſſiōe chriſti moriunt tantū eis valet ad dimittēda pec  
cata: q̄tū ſi abluerent ſacro fōte baptiſmi. Ideo Ambro  
ſius de vita beate Agnetis dum poſt illi⁹ paſſionē Eme  
rentianā catecuminā: ob cōfeſſionē nominis chriſti lapi  
datam narrat. Nulli dubium inquit quin illius ſanguis  
pro illius baptiſmo fuerit. Quare dixit Maximus in ſer  
mone martyrū: Felix hic talis baptiſmus: quo omne de  
bitū ita a catecumino exit: vt iā redire non poſſit. Et hu  
ius ratio in promptu eſt: quia qui p cōfeſſione xp̄i mori  
untur: in illis chriſtus ab infidelibus impetitur: ac occi  
ditur: quia non illū ppter illum: ſed propter chriſtū: euz  
ſcilicet loco chriſti accipiendo pſequunt: vnde ille vnum  
cū chriſto factus eſt. Nec ſi catecumeni ſolū ſed pueri ⁊  
fatui: ſi pro xp̄i nomine occiderentur felicem deponerent  
martyrium.

Ambroſius.  
Agnes.  
Emeretiana.

Maximus.

**Quot modis pficitur martyrūm Ca. iij. P**

**Q**uibus principaliter modis (vt dictis proxima  
ſubſequamur) poſſe pfici ſeu conſūmari marty  
rium dicim⁹. Primo modo: vt quis illud ani  
mo imprimat ac figat: ⁊ ipſius pena crucief: vt  
chriſti mater Maria ſemp virgo: cuius animā chriſti paſ  
ſio vt gladius ptransiuit: quod pri⁹ Simeon pphetavit:  
et ſancti de illa plurimū predicarunt. Ait em̄ Hierony  
mus: Poſtq; mēte paſſa pluſq; martyr eſt. Et Bernard⁹  
pie de illa ait. O dñā mea vbi ſtabas? Nūquid iuxta cru  
cem? Immo certe in cruce cū filio tuo. Ibi enīz cruci fixa  
es ſecum: hoc tantū differt: quia ipſe in corpore: tu autez  
in corde. Ideo Gregorius beatam felicitā pluſq; marty  
rem dicit: quia ſepties paſſa eſt cū ſeptē filijs: et octauo  
ſuo corpore martyrū forti animo ſuſtulit. In illius ergo  
raudem cū Ambroſio prumpam⁹: O beata mater nato  
lū ſu oz gloriſicata tormētis: quos nō plāctu: nō gemitu  
ad inferna deducit: ſed ad celeſtia eterna migrātes: per  
petua laude proſequit. Perficit ⁊ alio modo martyrūm

Maria  
Simeon  
Hieroni.  
Bernardus.

Gregori⁹.  
Felicitas

Ambroſi⁹